
Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kijoviae Volhiniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensiae Severiae Czerniechoviaeq[ue] Nec Non Haereditarius Dux Saxoniae Princeps et Elector.


Significamus praesentibus literis Nostris quorum interest Universis et Singulis Consensisse Nos et permisisse Consentireq[ue] et permittere Generoso Stanislao Bohdanowicz ut possit et valeat de omni et integro Jure suo advitalitio quod ipsi super Advocatiam in Villa Zbucz Palatinatu Podlachiae Praefecturae [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] Servit et Competit Cedereq[ue] illud in Personam Generosi Francisci Jaruzelski Vexilliferi Terrae Bielscensis plenarie transferre et transfundere quod quidem Jus suum transfusio postea quam coram Actis quibusvis Regni Authenticis facta et acceptata fuerit Nos eam ratham et gratam habituri sumus, Uti talem quae praesenti Consensu Nostro perficietur. Vigore cuius Refrendo [illegible] Consensus Nostri memoratus Generosus Jaruzelski Vexillifer Terrae Bielscensis praefatam Advocatiam Zbucensem Cum omnibus attinentiis et Spectantibus tenebit habebit et possidebit ad extrema Vitae Suae Seu alterius Superstitis tempora. Promittimus Autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris Non esse nos memoratum Generosum Jaruzelski ab usu et pacifica Possessione Supradictae Advocatiae amoturum aut alienaturum neq[ue] amovendi Aut alienandi Cuipiam potestatem daturum Sed Salvum et integrum Jus Advitalitatis Conservaturos quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt Juribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeq[ue] Catholicae Salvis manentibus In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni [illegible] Communiri jussimus Datum Grodnae Die XX Mensis [illegible] Anno D[omi]ni MDCCXXX. Regni vero Nostri XXXIV. Anno

Augustus Rex

Consensus Cedendi de Advocatia in Villa Zbucz in Palatinatu Podlachiae Praefecturae Bielscensis G[enero]so Stanislao Bohdanowicz in Personam Generosi Francisci Jaruzelski.

Nicolaus Dzboroski Cancus[?] Ploc[ensis] et Varsavien[sis] S[acrae] R[egiae] M[aiesta]tis Secr[eta]rius





Obl. Fer. Quarta pa. Fest. Thom
seu Sabbatho [illegible] Festo Intelle
gitur Festo Assumptionis B. V.
Mariae A. 1784 ac sub Cog
Actu Castri Inowladislaviensis Sa
nzelski [illegible] subrogata